

De Luna ad Pleiadas reliquas Applicationibus, Anno 1672 obser-
vandis, promissa appendicula Johannis Flamsteed.

Tandem, Clarissime Oldenburgi, promissi memor, tempora reliquarum applicationum Lunæ ad Pleiades, Anno 1672 visibilium, crassius edisis Schedis exhibita, præcisè hic indigitata ad Te mitto: Stellis loca assignavi infra scripta ex nuperis, & , ni fallor, accuratis observationibus; media prius lucida, eodem omnino loco, & latitudine donatâ, qua Authori Carolino (cujus in supputando utor numeris) utique arrideat; ceteris etiam abinde dispositis; quas tamen omnes, propriam si hac in re sententiam sequi licuisset, tres vel saltem duos scrupulos primos promotiores, nec non & latiores ab Elliptica proponerem: Ineunte Anno 1672 constituta;

Pleiadum.	Long.	Lat. Bor.
Occidentalis lucidior ----- b	24-45 15	4 8 51
Intra hanc & Borealiorem Telescopicam g	24-46 47	4 19 21
Occidentalis Borealior ----- c	24-54 48	4 28 19
Supremi in Quadrilatero ----- e	25-01 24	4 20 39
Infima Australis opposita ----- d	25-02 18	3 53 59
Media & lucida ----- a	25-19 48	4 00 00
Qua in cuspide ad ortum ----- f	25-41 29	3 52 19
Orientalium superior telescopica ----- h	25-42 55	3 56 51

Inde cum Feb. 23 paulo ante mediam noctem appulsus ad hasce Luna faciet, Mediam Austrino limbo præcisè tacturam comperio, cum prius Occidentalem lucidiorẽ Borealiorem & supremam in Quadrilatero occultaverit.

Etenim Londini,

Hor.	"	Lat. * à Cent. D ^a
11 01 00	Occidentalis lucidior	b tegitur 12 30 Austr.
11 10 37	Occidentalis borealior	c absconditur 7 30 Bor.
11 18 04	Suprema in Quadrilat.	e occultatur 0 16 Bor.
11 41 48	Occidentalis lucidior	b prodit 9 40 Austr.
11 57 17	Occidentalis borealior	c emergit 10 11 Bor.
12 12 10	Suprema in Quadrilat.	e evadit 3 20 Bor.

Præterea via Luna visibilis, & si versus Orientales inclinatur, vix tamen eas, ob minores latitudines, limbo Australi tanget, credo.

Iterum Augusti 6, manè Luna rursus Stellas e & c conteget nobis, sic ut horis à media nocte præcedente fiant

1 31 26	Occidentalis borealioris	c obtectio: 3-42 Bor.
1 41 29	Suprema in Quadrilatero	e occultatio: 5-16 Austr.
2 39 23	Occidentalis borealioris	c emersio: 2-37 Austr.
2 45 16	Suprema in Quadrilatero	e evasio: 10-50 Austr.

E e e e 2 Denko

Denuo Octobris 26, paulo ante mediam noctem easdem duas nostro conspectui surripiet; ut

h.							
11	33	24		c	Occidentalis borealior abscondatur :	0	14 Bor.
11	51	52		e	Suprema in Quadrilatero occultetur :	8	24 Austr.
12	41	29		c	Occidentalis borealior elutetur :	3	18 Austr.
12	46	37		e	Suprema in Quadrilatero exsplendeat :	11	14 Austr.

Postremo Decembris 20, borealiorem occidentalem c subteget Luna, cujus conspicietur p. m.

h.							
Occultatio	—	9	02	36	} Lat. * à { Ingr. 11 25 } } Cent. v in { Emer. 11 31 } Austr.		
Retectio	—	9	50	44			
Mora sub Luna			48	08			

Interea suprema in Quadrilatero e clarè extabit à Luna, quà-cum secundum longitudinem conjungetur stella hora 9^h. 49'. 17", quo tempore à centro Luna apparens latitudo 19'. 10", Luna visibilis semidiameter 16'. 27" : Stabit propterea stella à limbo Austrino Luna 2'. 43". ad Austrum. Quod an ita cœlitus fiet, an secus, inter cetera sequentis anni Phenomena, cœlorum Studiosis observandum proponimus. Edita porro Synopsi, ii Luna motus adnectantur, quos ad tempora apparentiarum indaganda è dictis tabulis computavi, qui sunt;

	Anom. med.	à ☉ equ.	Arg. Lat.	Fatal.	Semid.	Horos.	Alt.	Apar.
h.	S. o. "	S. o. "	S. o. "	S. o. "	S. o. "	S. o. "	S. o. "	S. o. "
Feb. 23.12.12.40	5 21.55. 62	2. 9.54.59	2.11.54.46	63.42	17.13	m 25	4.27	42.30
Aug. 5.13.44.49	5.05.34.20	9. 2.03.20	2.17.35.57	03.10	17.14	21	38.	162.57
Octob. 26.13. 3.39	4.25.48.51	6.10.37. 4	2.23.56.43	59.24	16.18	17	7½	02. 67.53
Dec. 20.10.16.51	4.23.28.51	4.17.50.23	2.24.20.32	60.04	16.27	17	19	57.20 54.50

Sic cum opportunitates, tum commoda observationum premonstravi, quibus si sedulo fidi Cœlispices invigilaverint, nec suas nobiscum observationes communicare gravati fuerint, hos labores sat bene compensatos arbitrabimur.

Veruntamen, si etiamnum quaras, è quibus observationibus Pleiadum loca ita restituerim, nec id Te celari velim. Tubum habeo pedum 13²/₃, lentibus convexis, & micrometore exactissimo Townleiano (mihi a viro cordato, & horum studiorum amantiſſimo, Jona More, donato) instructum; quo cum noctibus serenioribus mensium Octobris & Novembris, nuper elapsorum, minutas frequenter harum stellarum intercapedines dimensus sum, idque adeo aspiciato, ut nunquam 20", imò perraro 10". inter se dissidenter repetite observationes; à progressis etiam defuncti D. Gascognii, & nuperis Generosissimi Townleii (quantorum hominum !) eadem ratione peractis observationibus, confirmata; quæ quidem distantie limatissime, & in locis Latitudinisque Pleiadum investigandis usitate; sunt,

a b	35'	40".	Muto <i>que</i>
a c	27	40	————— 31'
e b	20	00	————— 32
c b	21	45	————— 22
e c	10	00	————— 11
e g	14	40	
c g	11	55	
b d	22	04	————— 24
a d	18	30	————— 22
c d	26	10	————— 30
d i	16	25	
a i	18	18	
f i	29	04	
f a	23	00	————— 27
h a	23	20	
f h	4	45	————— 4

cum latitudine $3^{\circ}.42'.37''$;) propterea meis observationibus adscivisse, ut ejus adjutorio stellas, f & h, locis debitis accuratius disponerem; quod absque ea affectum dare admodum difficile fuisset, quam propterea, cum ulterius usui esse non possit, cum ceteris antea non numeravimus. Interim si plurimum à Tychonicis & Mutianis locis, nostri dissidere videantur, nec nobis id culpe versum velim, nec illis, qui, nostris destituti subsidiis, Tubo nimirum, vel exquisito Micrometro, in hanc præcisionem suas provehere observationes nentiquam potuerunt.

Addit Vinc. Mutus in Epistola ad Doctissimum Ricciolum, cujus meminit in Appendice ad Almagesti Novi Tomum primum pag. 747: Occidentalem lucidiorum transiisse meridianum in eadem omnino altitudine ac Lucidam Pleiadum: Quà fretus adversione haud difficile mihi fuit, invento prius angulo paralleli declinationis, cum parallelo latitudinis, triangulorum resolutione, ceteras omnes stellulas locis debitis & datis donare.

Monendum tantummodo, me stellam Telescopicam i, (nona circiter lucis, qua secunda est quarundam in linea de-torta à Media & Lucida perpenden-

dentium, & reperitur in $\delta 25^{\circ}.14'.4''$:

* c

* e

* g

* b

* a

* h

* d

* i

* j

20